



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi  
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo  
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

**Crombach, Hermann**

**Coloniæ, 1645**

Actus Contritionis ad remissionem peccatorum obtinendam efficax, eoque  
semper in promptu habendus, quia est præsentissimum malae mortis  
antidoton.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14591**

- I. Pro Christi Humilitate.
- II. Pro Mansuetudine.
- III. Pro Patientia.
- IV. Pro Obedientia.
- V. Pro Benignitate.
- VI. Pro Charitate.
- VII. Pro Liberalitate.

*Et in hunc quidem finem, per singulas Decades in initio Salutationis addi posset Epitheton ad huiusmodi virtutes recolendas conueniens, v.g. Ave 1. Humillime, 2. Mansuetissime, 3. Patientissime, 4. Obedientissime, 5. Benignissime, 6. Amantissime, 7. Liberalissime Domine Iesu Christe, &c. Item potest recitari hoc Rosarium, pro septem donis Spiritus Sancti, &c.*

*Si cui graue est, una vice pertexere hoc Rosarium, is per septem dies hebdomada distribuatur. Sic nulla tibi, o pie Asceta, abibit dies sine Exercitio Domini Passionis, cuius assiduam memoriam tantopere nobis commendatam Christus ipse voluit.*

**ACTVS CONTRITIONIS**  
**AD REMISSIONEM PECCATORVM**  
 obtinendam efficax: eoque semper in  
 promptu habendus, quia est præ-  
 sentissimum malæ mortis  
 antidoton.

**D**omine Iesu Christe, verus Deus & homo.  
 Creator ac Redemptor meus, Pœnitet me:

ex:

ex toto corde , quòd offenderim te Dominum  
& Deum meum , quem amo super omnia. Et  
propono firmiter amplius non peccare, omnesq̄  
peccandi occasiones deuitare , confiteri & im-  
plere p̄nitentiam, qua mihi fuerit iniuncta.

Et in satisfactionem peccatorum meorum  
offerò tibi Passionem tuam , merita B. Mariæ  
semper Virginis, & omnium Sanctorum, atque  
omnia opera mea, & totam vitam meam.

Et confido in bonitate & misericordia tua  
infinita , quòd per merita pretiosi Sanguinis  
tui, mihi remissurus sis omnia delicta mea.

Et gratiam vberem largiturus , qua vitam  
sanctè instituere , tibiq̄ perfectè vsque in fi-  
nem seruire valeam. Qui cum Patre Sanctoq̄  
Spiritu viuis ac regnas Deus in sacula benedi-  
ctus, Amen.

## C A P V T XXXVII.

*Mors pia vitæ consentanea.*

**Q**uatuor ipsas hebdomadas morbus  
extremus tenuit : prima & vltima  
quàm acerbissimum inussit dolorem: duz  
intermediæ mitiorem & tolerabilem: nam  
tertiæ Paschatis hebdomadæ die Iouis  
pungere rursus & fodere laterum coepit  
acrius